

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, ||
Metropolitanæ Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de
Sanctis, quorum à Festo || Pascæ vsque ad Aduentum in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

IN FESTO DIVI MATTHAEI APOSTOLI, ET EVANlistae. Euangelium Matthaei. 9.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150413

Iacob per spiritum sanctum dixisset: **Non auferetur sceptrum de Iuda, neque dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est:** Et ipse erit expectatio gentium. Quò igitur magis sceptrum à Iuda & David auferri magis videbant: cò propinquiorem esse Messiam sperabant. Id quod rei probauit euentus. Omnibus nihil præter extirpationem arboris cogitâtibz, ecce flos egreditur. Maria nascitur, hoc in tempore hæc virgo mater, cunctorum consolationi proponitur. Atque hic primum fuit pijs dicere: **Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens, ex aromatis myrrhæ & thuris?** Ecce, fratres, hæc causa huius festiuitatis est. Lætatur etiãmnù hodie grates persoluimus, quod Deus hanc arborem Abraham ac David progeniem tam diu seruauit, in tot aduersitatibus & peccatis custodierit, quousque tandem flos hic ex ea pullulauit, qui fructum vitæ Christi Iesum protulit. Vnde non immeritò dicimus. **Natiuitas tua Dei genetrix virgo, gaudium annunciauit vniuerso mundo, ex te enim ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster, qui soluens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam.** Hoc modo pijs hanc sibi hodie proponant arborem, diligenterquæ omnia consideret, in flore delectetur, fructum apprehendat: & rectè hanc festam diem peregerit. **Gratia Dei nobiscum. Amen.**

putabant et
diff. distans
minis, et ad
metasatione di
et posita ad a
et ad, et opo
be ne videtur
et hanc ut ma

ad quatuordecim 14

IN FESTO DIVI MAT.

Ffr dia qur
 gubidur
 st noufima
 duone ad m
 130 14

EI APOSTOLI, ET EVAN-
 listæ. Euangelium Matthæi. 9.

ET cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens sequutus est eum, & factum est discubente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes discubebant cum Iesu & discipulis eius: Et videntes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum

Wing September
monstrando in
dona in 20 si
mitis in
equitatis, qu
in fugna
fuerit non
nec non no

gab es offenkundig. p. 4

cum publicanis & peccatoribus māducat magister vester? Et Iesus audiens, ait: Nō est opus valentibus medico, sed malē habentibus. Euntes autem discite quid est: misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

EODEM FESTO EPI.

stola. Ephes. 4.

V Nicuiq̃ nostrum data est gratia, secundū mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captivā duxit captivitātē, dedit dona hominibus. Quod autē ascendit, quid est, nisi quia & descendit primū ad inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est, qui & ascendit, super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdā quidem Apostolos, quosdā autem Prophetas, alios verō Euāgelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatē fidei, & agnitionis filij Dei, in virū perfectum, in mēsūrā ætatis plenitudinis Christi: ut iam non simus parvuli, fluctuantes, & circumferamur omni v̄tō doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.

SERMO VNICVS,

ac brevis.

DVo in hoc Euangelio audimus, quorum alterum quidem Matthæi, cuius hodie festiuitatem celebrem peragimus, vocationem apostolatus, alterum Phariseorum murmurationem innuit. Vtrunque tamen ad nostram eruditionem, atq; consolationem facit. Quod ad primum, magna nobis consolatio est, quod
Matthæus

- Matthæus licet plenum & onustum peccatis, Christus contumeliose tamen non repulit, sed secundum multitudinem miserationum suarum suscepit, nec solum eius domum ingressus, panem fregit, verum etiam ipsum dominum domus duodecim Apostolorum in numerum assciuit & ordinauit. Et quid hac gratia peccatori maius contingere posset? Et qua ratione suam Deus gratiam euidentius ostendisset? Ergo igitur communicatis affectibus, hanc ipsam gratiam in Matthæo non modo magnificemus, verum etiam D E O propterea gratias referamus. Et hoc ipsum enim nos qui Christo nomina dedimus, maxime deceret. Hic enim aperte licet videre, quia ubi abundauit delictum, illic superabundauerit & gratia, ut sicut peccatum regnauit in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum. Hanc enim vocantis gratiam hæc nobis festa dies meditanda proponit, qui licet necdum finem imposuisset vsuris atque publicanis, Matthæum tamen hunc e medio iniquitatis eduxit.
- Roma. 5.** Quemadmodum & postea sæuientem Saulum, qui totus in perditionem Ecclesiæ insaniebat, conuertit. Iam verò Euangelium hoc sedisse in telonio Matthæum refert. Et quomodo sedere potuit, cum lege cautum erat, ne quis ex tribu Israël vestigal solueret? Huic Tertullianus respondet, Matthæum gentibus oriundum fuisse, cumq; ipsis conuersatum, quousq; vocaretur testificans. Iam verò hinc controuersia quædam oritur: nempe in duodecim numero Apostolorum Christum habuisse gentes: & tamen initio maxime hoc laborauit, ne quo modo labefactaret legem, sed postea discipulis mandauit, in viam gentium ne abirent, nec in ciuitates Samaritanorum intrarent, sed tantum ad oues quæ perierant domus Israël. Contra etiam nullum quidem manifestum extat testimonium, Iudeos ab exteris tributa postulasse: sed multo magis contrarium, nempe ne quæ læderent. Alienigenam non contristabis, inquit scriptura, nec affliges eum, fuistis enim & vos ipsi peregrini in terra Aegypti. Idem legimus in Leuitico atque Deuteronomio. Idem etiam Zacharias ait: Viduam, inquit, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari.
- Acto. 9.**
- Matth. 10**
- Exodi. 22.**
- Leuit. 19.**
- Deut. 26.**
- Zach. 7.**
- Et

Et quid de Matthæo sentiendum est, Iudæus an Ethnicus fuit? Age igitur sic se res habet: Nullum in Iudæa vethigal exigebatur ante Babylonicam captiuitatem. Verum postea vbi è captiuitate domum reuerfi deseram viderent terram, multaq; ad instaurationem & structuram requirerentur, maximè ad viarum munitiones, exigi atque dari cœpit. Idque ad Christum durauit, qui & ipse pro se atque Petro tributum dari iussit, non quia debebat, sed ne quem scandalizaret. Hoc initium vethigalis in Israël fuit. Et huic rei Matthæus hic noster præfectus erat. Verum ea omnium eius generis hominum, apud omnes reputatio erat Iudæos, vt indignos quibus cum conuersarentur iudicarent. Id quod vbiq; Euangelia testantur. Christus verò qui neminem spernit, nec personas accipit, multam huic beneficentiam exhibuit, ex publicano, Euangelistam fecit, eaque gratia dotauit, vt postea Euangelij regni Dei in Iudæa prædicator, in toto Mundo esset scriptor. Quo sanè Christus, hoc maximè docuit, quia non sit personarum acceptor, sed quod abiectum est in Mundo, eligat. Et hoc primum ex hac vocatione Matthæi discendum est. Iam verò & ipsius vocati exemplum respiciendum est, qualem se post vocationem gesserit, hoc enim quid accepta fide præstandum sit docet. Illud verò in vita Matthæi vel præcipuum fuit, quod perpetuus ac strenuus Christi testis in mortè vsq; esse perseverauit, nec id in Iudæa tantum, verum etiam in gentibus. Est enim eorum in numero hic, qui non modo illo tempore viuentibus prædicando, sed & nunc credentibus scribendo regnum Dei annunciauerunt. Vnde & ipse cum alijs quatuor illis animalibus connumeratur quotidie clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venit. Et hæc quidem alij etiam Apostoli clamauerunt, sed tantum in die, hoc est, vitæ suæ tempore. Hic verò cum alijs quibusdam etiam in nocte, hoc est, post mortem clamat. Quid enim aliud in Euangelio suo, nisi de incarnatione Christi, de diuina ipsius maiestate, atq; natura, de magnis atq; ingētibus miraculis, per ipsum in carne factis, clamat? Sit ergo hoc ad nostram doctrinā dictum. Nam & nos vocati sumus, Deus

Matth. 17

Apoca. 5.

gra-

gratiam suam in nobis magnificauit. Hoc agamus, vt firmi in ea qua vocati sumus vocatione perstemus, nec indignos nos ea gratia, propria culpa reddamus, verū semper cum Matthæo ipsi acclamamus: Sanctus, sanctus, sanctus omnipotens qui erat, qui est, & qui venit. Hoc præstare, hanc esset festiuitatem piè celebrare, eoq̃ue modo Pharisæorum murmura & aliorum quibus hæc festiuitates minus placent, risus non modò nihil obessent, sed & prodesse plurimum. Gratia Dei nobiscum.

IN DIE SANCTI MICHAELIS ARCHANGELI, EVANGELIUM. Matthæi. 18.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicētes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocās Iesus paruulum, statuit eum in medio eorū & dixit: Amen dico vobis, nisi cōuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum. Et qui suscepit vnū paruulum talem in nomine meo, me suscepit. Qui autē scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab scādalis. Neceſse est enim vt veniant scandala. Verū tamen væ homini per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum: quàm duas manus, vel duos pedes habentē, mitti in ignē æternum. Et si oculus tuus scādalizat te, erue eum, & pro-